

Tractatus quidam de aqua benedicta *per cardinalem turrecre-*
matum:

- C. 1.* **De triplici genere aque benedictae.**
C. 2. **De causa principali institutionis aque benedictae**
C. 3. **A quo instituta est aqua benedicta et de tempore institutionis**
C. 4. **De materia et forma et ministro eiusdem.**
C. 5. **De effectu et utilitate aque benedictae.**
C. 6. **De modo sive quem aqua benedicta operetur dictos effectus.**
C. 7. **Quod aspersio aque benedictae non est sacramentum sed sacramentale**
C. 8. **An aqua benedicta sit maioris virtutis quam elementum altaris**

Tractatus de aqua benedicta editus per Reverendum patrem et dominum dominum Johannem de Turrecremata Cardinalem sancti Sixti incipit feliciter.

Iniunxit mihi nuper Reverendissima paternitas vestra pater colendissime problema reverendo magistro Johanne de Ragusio primo Bohemorum articulo respondenti per magistrum Petrum Anglicum propositum notare. cum diligentia annotavi si quid pater et domine venerationis amplissime nedum problematis titulum memorie consignas: verum etiam pro veritate latente: ambiguitatis dissolvendo nodulo animi parumper accommodans *q. v. R. p.* illuminantissime sapientie emendandum offero et supplendum. Cuius quidem problematis: videlicet **Utrum aqua benedicta sit maioris efficaciae et virtutis quam sacramentum sensibile altaris: decisio iuxta propositum et quesitum duos complectetur articulos: quoniam aquam benedictam heretici tanquam rem inutilem et nullius virtutis deridere videntur: de eius institutione et efficaci virtute ac utilitate per diversa capitula distribuitur erit primus articulus. Secundus vero articulus respondebit proposito dubio.**

Capitulum primum de triplici genere aque benedictae et quod nominis eius.
Triplex genus aque benedictae reperio cuius usum christiane religionis ritus devote amplectitur et observat. Prima aqua benedicta est que divinis precibus sacratur et benedicitur in dedicatione ecclesiae vel altaris: de qua fit mentio extra de consecratione vel al-

In .c. preposuisti. ⁊ .c. aqua per episcopum benedicta.

¶ Secunda aqua bñdicta est fontis baptifmalis. De qua de cō. di. iiii. c. iiii. Sabbato sancto ita habetur in sabbato sancto pasce ⁊ penthecostes: Si quis aquam benedictā voluerit in domo ad asperionem recipere: ante crismatis infusionem recipiat.

¶ Tertia aqua benedicta est qua cōiter in ecclesia aspergimur. De qua de con. di. iiii. c. aquam. ita dicitur: Aquā sale consperfas populis benedicimus vt ea cuncti asperfi sanctificentur. Et p̄mis duobus generibus aque obmissis de tertio genere de quo problema p̄positū motū est nunc sermo habendus est. Et quoniam vniscuiusq; rei notitia a quid nominis sumit exordium: ideo p̄sentis intentionis sermo a quid nois aque benedictæ suum inchoabit decursum. Et h̄ doctores huius sacramentalis aque descriptionem nō tradiderunt: q̄a rarus sacramentalibus inter doctores diffusus est habitus sermo: reputātes ea tanq̄ causas per accidens p̄o anīme sanctificatiōe. Veruntamen diffinitioez h̄mōi sacramentalis formādo: eam ad similitudinem diffinitio nis sacramenti baptifmi formabis: qua s̄m Hugo. de sancto Vi. ctore sic dicitur: Baptifmus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum dei: Ita p̄iformiter aquam benedictā desribentes dicere possumus: Aqua benedicta est aqua sale consperfa p̄o fugandis demonibus p̄cum diuinarum verbo exorcizata siue sacrata. Que quidem descriptio satis cōueniens esse videtur: cum omnes causas ex quibus vniscuiusq; rei notitia colligitur amplectatur. Causa quidem materialis tangitur cum dicitur: aqua sale consperfa. Causa formalis dum dicitur: p̄cū diuinarum verbo. Causa autem efficiens nunc additur: exorcizata siue sacrata: scilicet per mysterium ecclesie. Causa vero finalis explicatur cum dicitur: p̄o fugandis demonibus. De quibus in speciali sermo erit in sequentibus.

¶ Cap. ii. de causa p̄ncipali institutionis aque benedictæ.

¶ Homo quippe vniersarum virium suaruz totalitate collecta in deum ferre debitus ab incommutabili bono deo auersus ⁊ di

uina iustitia a deo derelictus est qui illico potenter inuassus ita miserabiliter deuictus est. vt nedum diabolus in eum: sed in omnia que in hominis usum veniunt in ipsius nocumentum potestatem acceperit vt dicit Sanctus Thomas in .iiii. sententiarum di. vi. Qua ex radice duplex impugnationis genus demonis esse circa hominem experimur. Impugnat siquidem hominem ab interiori: impugnat et ab exteriori. Et huius impugnationis molestia homo iustissime grauaretur: diuina tamen bonitas humane misertus infirmitati nedum contra peccatorum morbos egrotantium animarum efficaces ecclesie sue sanctitatisque medicinis in sacramentis prouidit: verum etiam ad reprimendam et arcendam demonis potestatem in aggressu impugnationis salubria remedia in quibusdam sacramentalibus ecclesia sua esse disposuit: inter quae doctores theologici exorcismum et aquam benedictam cum traditione connumerant. Exorcismus quidem contra impugnationes diaboli quas ab interioribus commouet ad eius reprimendam potestatem dicitur esse ordinatus: vnde energumini qui exorcizantur dicuntur et dicuntur quasi interioribus laborantes. Aqua vero benedicta qua impugnationes diaboli quibus homines ab exterioribus propulsati ad eius arcendos et comprimendos potestatis vires et aggressus impulsus dicitur esse instituta. Preterea huius institutionis conuenientia ex hoc colligi potest. Sic enim remedium contra peccatum secundo in loco data est penitentia congruenter ne in ecclesia salutaris deficeret medicina contra peccata post baptismum suborta. Quia baptismus est sacramentum non reiterabile: ita videtur rationale fuisse vt in remedium contra impugnationes demonum post baptismales exorcismos in homines insurgentes esset instituta aqua benedicta. ex quo baptismales exorcismi non iterantur. Et ista ratio sancti Thome in .iii. parte. q. lxxi. articulo. ii. in responsione vnius argumenti. Et ita patet quod in ecclesia semper esset remedium et munimen paratum contra hominum demones molestias: prouide in eadem hominum aque benedictae sanctificatio est instituta.

Cap. iii. a quo instituta ē aqua bñdicta ⁊ de tpe ei⁹ institutōis
Ceterū notandū q̄ sicut in rerum vniuersitate causalitate regi
mine ⁊ gubernatione deus pro sua prouidēcia q̄dam imediare
per seipsum: quedā hō per causas sumendas instituit operatur
⁊ regit: ita pariformiter in ecclesie sue sancte regimine ⁊ guber
natione quedā per semetipsum instituit: quedā per ecclesie mini
stros instituenda disposuit. Exemplū primorū sunt ipsa ecclesie
sacramenta q̄ vt celebrīor habet doctorū theologorū doctrīna ab
ipso dño nostro Jesu xpō imediare sunt instituta: cum enim ip̄a
efficiant quod figurant: figurant autē ⁊ significant ex institutōe
vt dicit Hugo de sancto Victore li. de sacramētis: ipsa sacramē
ta ex institutione sortiri dicenda erunt sue virtutis efficacīā. effi
cacia autē talis in sacramētis nō potest esse nisi a solo deo qui
spirituū sanctificator: est sol⁹ fm illud Esaie. xliii. Ego deleo ini
quitates ⁊ peccata. Ergo sacramentorū institutio est a solo xpō
⁊ nō ab aliquo alio hoīe puro. Exemplū hō scōrū: v3 eorū q̄ xp̄s
per ecclesie sue ministros in eadē esse disposuit: sicut sunt bene
dictiones pontificū ⁊ abbatū. virginū. vestimentorū ⁊ hmōi. Itē
exorcismi ⁊ aqua benedicta: cuius q̄dam diuine prouidentie dispo
sicio ⁊ auctas ecclesie data expresse tangit Luce. x. c. dño ita ec
clesie prelati in persona ap̄lorū dicēte: Qui vos audit me audit.
⁊ qui vos spernit me spernit. ecce dedi vobis potestatem calcan
di super serpentes ⁊ scorpiones ⁊ super oēm virtutem inimici. q̄
quidem potestas nō solū est dicenda ap̄lis fuisse donata ⁊ nō ec
clesie cū Mat̄. xvi. dicitur: Dñs ecclesie sue sancte tante ptātis
munus promiserit vt porte infernales nō preualerent aduersus
eam. Ampli⁹ autē nulli dubiū videri debet q̄ hmōi: vtputa aqua
benedicta sacerdotū ministeria per ecclesiā instituta aliquā ex
benedictione sortiant̄ efficaciam virtutis. Tum illud q̄ hmōi
benedictio ⁊ si ministerialiter ab homine fiat: tñ in dei oīpoten
tis noīe fit. Cūq; illud dicat̄: facere in cuius noīe ⁊ vice fit: hec
bñdictio que verbis celestibus cū inuocatione sancte trinitatis
fit: magis est dicenda benedictio dei q̄ hominis: fm illud Au

meri. vi. Inuocabunt nomen meū super filios Israel: ego autem benedicā eis. Ubi glo. ordinaria dicit: Sacerdotium est nomen dei inuocare: dñi autē quod petierint p̄stare. Preterea si in lege nature sacerdotes sacramēta dispensantes pro volūtatis libito sacramētis visibilib⁹ suā p̄fitebant̄ fidem. que et si nō habebāt efficacīā ex opere opato: habebūt tamen ex fide siue opere opantis: cū amplioris auctis sit sacerdotii noue legis ministeriū nulli debet venire in dubiū quin etiā catholica xp̄i sacerdotio sublimata ⁊ tante p̄tatis sub locupleta munere posset instituire multa sacramentalia qua ex totius ecclie fide ⁊ meritis efficacior: ⁊ ac p̄fuziorē habeāt virtutis opationē. Ceterū si aqua expiatiōis in lege veteri p̄ ministros Moyli cinere vituli in se p̄sperfa tante efficacie dicat̄ fuisse vt pplm sanctificaret: q̄to magis aqua benedicta in xp̄i noīe diuinis precibus nō per Moysem: sed Jesum xp̄m ministros p̄secrata. Qui ergo ecclesiā sanctā catholicā amplioris p̄tatis ⁊ dignitatis credit esse q̄ synagogā: incunctāter credere debet hie ecclesie veracem ⁊ efficacē diuinit⁹ p̄tinere virtutē. Instituta autē legit̄ aqua benedicta quasi in principio nascantis ecclie. vt enim legit̄ tam in decreto de con. di. iiii. c. aquā sale. q̄ in cronicis summoꝝ pontificū. tam Vincētii historialis q̄ Martini fratrum sacri ordinis predicatorū Alexandri p̄mi ⁊ Martini qui sedit in cathedra Petri anno a passione dñi: sed fuit p̄mius qui aquā cum sale benedici instituit ⁊ in habitaculis hoīm iussit aspergi. De quo etiā Hugo de sancto Victore lib. de sacramētis inq̄t: Alexander papa. v. a beato Petro instituit vt sal ⁊ aqua benediceret̄ ad aspergendū populū ⁊ habitacula eoz illo vtiq̄ exēplo quo Eliseus p̄pheta sal in aquā misisse legit̄ vt condimento hoc fontes amari in dulcedinē verterentur.

¶ Cap. iiii. de materia ⁊ forma ⁊ ministro eiusdem.

¶ Preterea huius sacramentalis materia puenienter assignata est aqua sale consperfa: que puenientia ex triplici consideratione colligi potest. p̄mo qdem ex cōsideratione finis ad quē instituta fuisse dicit̄: Cum enim hostis noster ipugnatiōis aggress

sus sit generalis: iuxta illud Job. vii. Militia siue pugna hoīs
super terrā docuit vt remedium institutum contra impugna-
tionem diaboli in materia daretur cōi que facilliter vbiq; terrarum
Inueniri posset: cuiusmodi est aqua ⁊ sal. Secundo consideratōe
cause principalis. Unde oīs virtus tam sacramentorū q̄ sacra-
mentalium emanat. Admiscetur ergo sal aque ad significandū
coniunctionem diuini verbi cum natura humana. ex cuius ver-
bi virtute ⁊ munere efficacia dependet oīm quib⁹ ecclesia vritur
ad aīarū salutem. Siquidem sicut aqua rōne labilitatis humanā
describit naturā: ita dei filius dei sapia per salis designat spēm
Tū propter virtutē ⁊ seruatiuā a corruptiōe. mentes enim quas
possidet incorruptos seruat. Tum rōne virtutis condiendi. nul-
la enim cōtemplatio dulcis. nulla doctrina suavis. nulla deniq;
deo grata opera nisi sint diuine sapientie condimento sufflata.
Hinc Ap̄tus. i. ad Corinth. i. Predicamus xp̄i dei virtutem ⁊ dei
sapiam. Et glo. ordinaria super illud. iiii. Regū ii. Afferte mihi
vas nouum ⁊ mitte in illud sal: dicit ita: Sal id est sapia in va-
se fictili. i. in corpore humano. aquas sanat. i. populos in dulcedi-
ne dilectionis ⁊ bonorū opey proximi incarna- tionē fecundat ⁊ c.
Tertio ex parte similitudinīs ⁊ representatōis ad ea quibus dia-
bolus a mentis domicilio depellit cōuenienter aqua sale cōsper-
sa huius sacramentalis materia assignat. Duo enim expellere di-
cunt: peccatū de anima: ⁊ ita diabolum per peccatū in ea regnā-
tem. videlicet lachrymarū effusio que per aquā intelligitur. Ser-
uandū est sapor: siue affect⁹ celestis sapie qui salis noie designa-
tur. De qua sapia Bernardus in quodam sermone super cantica
ait: Inuenisti plane sapiam si p̄terite vite peccata desleas: si p̄e-
sentis seculi bona paruipendas: si eterna toto desiderio concup-
scas istis quippe duob⁹ mens interius a diaboli p̄tate absoluit
videlicet dolore preteritorū: amore vite celestis qui secū importat
firmitatem propositi iterū nō offendendi: cuius in Magdalena
figura clarissima p̄cessit: de qua lachrymate ⁊ celesti amore fla-
granti septē demonia virtute dñica expulsa legunt. Luce. viii. c.

Unde Hugo de sancto Victore ubi .s̄. dicit sic. Nec est aut sancti-
ficatio huius sacramenti: q̄ aqua penitentia significat de preter-
itis: sal discretionē et cautelā de futuris: quę duo si simul misce-
antur amara conscientia in dulcedinem vertit atq; illusiones et in-
festationes d. monū amplius ei nō dominantur circa illud ubi
est doctor: in principio huius auctis aquam benedictā nominat
sacramentū: postea erit sermo in quo ostendetur q̄ ibi sacra-
mentum pro signo sacramentali positū est. Forma hō huius sacra-
mentalis cōuenienter tradit̄ expressa in verbis preces diuinas
continentib?: et crucis signo quib? aqua exorcizatur et benedicit̄
vt puta cum dicit̄: Exorciso te creatura aque in noīe dei patris:
et in noīe Jesu xp̄i filii eius dñi nostri: et in virtute spiritus sancti
vt fias aqua exorcizata ad effugandā omnem prātem inimici et
ipsum inimicū eradicare et explantare valeas cum angelis suis
apostaticis per virtutem eiusdem dñi nr̄i Jesu xp̄i qui venturus
est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Pro
cuius intellectu notandū q̄ sicut diffinitio debet indicare totū
esse rei si fuerit perfecta: ita per formā sacramenti siue sacra-
mentalis debet innotescere totū quod ad sacramentale p̄tinet. Pertin-
ent aut ad rōnem eius multa: videlicet quatuor genera causarū
sicut supra patuit. Actus aut cum materia tangunt̄: cum dicit̄:
Exorciso te creatura aque Causa hō principalis vnde hoc sacra-
mentale efficaciam habet tangit̄ cum dicit̄: In noīe dei patris et
in noīe Jesu xp̄i filii eius dñi nostri et in virtute spiritus sancti.
Ceterū quia oīs virtus sacramentalium sicut sacramentorū depen-
det ex virtute passionis xp̄i: ideo additur crucis signatio: finis
aut ad quem est ordinatū hoc sacramentale exprimitur cū addi-
tur: Ut fias aqua exorcizata ad effugandum oēm prātem inimi-
ci etc. Et similis forma verborū tangitur in exorcizatiōe salis: vt
patet intuenti formā exorcismorū. ¶ Minister hō huius sacra-
mentalis quē ad materiā consecrandā siue exorcizandam fm cō-
suetudinem nunc generaliter obseruatā in ecclesia est sacerdos:
quod etiam ex illo colligit̄ decreto Alexandri primi pape de cō-

di-iii-c. aquã sale-dicentis sic: Aquam sale conserpam populis benedicimus: vt ea cuncti asperfi sanctificentur ⁊ purificentur: quod ⁊ oibus sacerdotibus esse mandamus. Nec ille. Ecce q̄ benedictionis ac sanctificationis bñdōi aque ministerium pape de creto solis sacerdotibus demandatur.

¶ Cap. v. de effectu ⁊ vtilitate aque benedice.

¶ Institutionis materie ⁊ forme ac ministri huius sacramentalis cōuenientia oñsa est: circa effectum ⁊ vtilitatē iam aliqd̄ videndū est. Est quidem aqua benedicta p̄cum diuinax consecrata sermone amplitudine diuine virtutis vtilis multū ⁊ fructuosa. Tum primo qa si nullius esset virtutis q̄dam heretici diuine largitatis beneficiis ingrati damnabiliter dogmatizāt frustra in ecclesia fieret vanaq̄ esset huius bñdictio. Tum scdo qa alis false vniuersalis ecclesia toto quasi orbe huius aque ritū cū deuotione obseruans verba illa tam in eius benedictione q̄ in eius asperfione proferret: que effectū multiplicem denotat fieri per eamq̄ asserere de sancta ecclesia profanū est que in ritib⁹ suis a spūs sancto dicit̄ gubernari. Tum tertio aque benedice efficaciam multa testant̄ miracula variis exemplox̄ versa voluminibus que mendosa p̄fiteri sacrilegium esset ⁊ in blasphemiam diuine virtutis videret̄ sonare. Est ergo notādū q̄ multiplex est vtilitas siue virtus aque bñdicte prout colligit̄ ex verbis formalibus bñdictionis huius aque sup̄apōsitis aliis in sacramentalibus positis: atq̄ ex decreto Alexandri p̄mi de con-di-iii-c. aquã sale. Ubi sic dicit̄: Aquã sale p̄serpam populis bñdicim⁹ vt ea cuncti asperfi sanctificent ⁊ purificent quod ⁊ oibus sacerdotibus faciendū esse mandam⁹: nam si cinis vituli aspersus populū sanctificabat atq̄ mūdabat: multo magis aqua sale p̄sp̄sa diuinisq̄ p̄cib⁹ sacrata pp̄m sanctificat atq̄ mūdāt: ⁊ si sale asps̄o p̄ Eliseū sterilitas aq̄ sanata ē: q̄to magis diuinis p̄cib⁹ sacrat⁹ sterilitatē aufert re⁹ hūanax ⁊ coignatos scrificat ⁊ purgat ⁊ cetera bona multiplicat ⁊ iñdias diaboli auertit ⁊ a fantasmatis v̄sutiis hoies defēdit. hec ille. Ex qb⁹. r. effect⁹ aq̄ bñdicte colligi p̄nt.

Primus est pfugatio siue propulsio spūs imundi. virtus enim diuina q̄ exorcismis est ad propellendū efficac̄ infestationem demonis hostis nostri ⁊ arcendū. De qua Aug. lib. de simbolo. li. i. ⁊ recitatur de con. di. iiii. Sicut nostis paruuli exorcizant̄ vt pel lañ ab eis diaboli prās inimica in aqua exorcizata manere creditur ad eundē effectū efficaciam habens. vnde in sacramentali dicit̄: exorciso te creatura aque in noīe r̄c̄ ⁊ sequitur: vt fias aqua exorcizata ad effugandā oēm virtutem inimici r̄c̄. Hac rōne fideles aqua bñdicta propria aspergunt habitacula pie credentes q̄ vbicunq; fuerit aspersa p̄ inuocationē sancti noīs Jesu xp̄i oīs infestatio imundi spūs ab eisdē propelleret̄. Vñ Hugo de sancto Victore vbi. s̄. dicit: Hac igit̄ aqua sanctificata fideles asperguntur ⁊ habitacula fidelium illustrant̄ ab illusione ⁊ infestatione malignoꝝ spirituum in quo effectū figurari pōt in sanguine agni pascalis q̄ in postibus habitaculoꝝ ad repellendū exterminationem dei mandato ponebant̄. Vñ maḡ Giselmus durātis in rōnali diuinoꝝ officioꝝ ita dicit: Sacerdos aqua bñdicta altare ecclias ⁊ pplm̄ aspergit vt oīm imundoꝝ spirituum spurcitiā de habitaculo q̄ de cordibus fidelium propellatur virtute aque exorcizate in ea. Et etiā qa nou⁹ xp̄ianoꝝ populus baptismatis sacramēto renatus ita misterio aque lota renatoꝝ corpora munit: sicut sanguis agni a prisco populo ad repellendū pcussorē in postibus ponebatur. Hanc arbitror fore cām cur diabolus in mentibus hereticoꝝ huius sacralis virtutis ita spāliter fidem extinguat: vt videlz p̄ infidelitatis erroꝛē ac xp̄iane religiōis armatura neglecta quae eius repugnationis aggressus reprimitur ⁊ arcetur liberius.

Secūsus effectus aque benedictae consequēter dependens ex primo est mentis purificatio a fantasticiis perturbate illusionibus. Solut enim demon vt dicit Aug. per oēs aditus sensibiles rerum diuersarum speciebus humanas propulsare mentes ⁊ perturbare quo aspersione aque benedictae profugato mēs ab illis fantasiis expurgat̄ ⁊ purificatur. De quo in preallegato decreto dicitur: Et insidias diaboli auertit ⁊ a fantasticiis versuciis homines de

fendit ⁊ i sacramentali in exorcizatione admiscende salis dicitur ut
efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium ⁊ sis oibus te
summentibus sanitas anime ⁊ corporis ut effugiat atq; discedat ab
eo loco in quo aspersa fueris omnis fantasia ⁊ nequitia ⁊ versu-
cia diabolice fraudis omnisq; spiritus adiuratus.

Tertius effectus dependens ex premissis est reuocatio siue re-
ductio cordis ad se terrenis affectibus siue solitudinibus distra-
cti ⁊ dispersi: teste quodam Beda super illo Luce. xi. Amicus nos-
ter venit de vinea: toties animus noster recedit a nobis quotiens
ad petendum temporalia foris vagatur. deuotio enim christiana hoc habet
quo aque benedictae asperione demonis potestate repressa ⁊ profu-
gata qui terrenis affectibus humanum animum in variis distrahit
⁊ dispergit spiritus sancti: cuius est mentem a terrenis reuocare assiste-
re gratia mens ad interiora reuocata collectio: fiat ⁊ deuotio.
Unde in sacramentali in benedictione salis ⁊ aque inter alia di-
cit: Deus invicte virtutis auctor supplices te precamur ac peti-
mus ut hanc creaturam salis ⁊ aque dignanter accipies: benignus
illustres: pietatis tue more sanctifices: ut ubique aspersa fuerit
per inuocationem sancti nominis tui infestatio imundi spiritus abiciatur:
terrorque venenosi serpentis perculpellatur: ⁊ presentia sancti spiritus no-
bis misericordiam tunc poscentibus ubique adesse dignetur.

Quartus effectus est venialium peccatorum remissio. Qui effectus
ex prelibato decreto colligitur: ubi sic dicitur: Aquam sale conspersam
populis benedicimus ut ea cuncti aspersi sanctificentur ⁊ purificentur
nam si cinis vituli populum sanctificabat atque mundabat: multo
magis aqua sale aspersa diuinisque precibus sacrata populum sancti-
ficat atque mundat. Item ad idem est Cyprianus papa dicens: Noies
ita aqua benedicta asperguntur: quia valet ad sanctificationem. In
quibus oibus auctoribus mundatio ista est tenenda a venialibus
sine quod voluit glo. per prelibati decreti. Ratione vero huius virtutis si-
ue utilitatis cum asperguntur aqua benedicta a festo Penthecor-
sten usque ad pascale festum cantamus: Asperges me domine propro et
mundabor: lauabis me ⁊ super niuem dealbabor. Quod repertum

est in ps. vii. Idem in eisdē bñficii memoriā pascali tpe ad huius
aque dispersionē decantat etiā: Uidi aquā egredientē de templo
a latere dextro Ecclesiastice aque redundantes a latere dextro
que auctes ⁊ si aquā baptismalē p̄ncipaliter vīdeant respicere
rōnabiliter: n̄ eas ad aquā benedictā refert: que quo ad munda
tionē venialiū lauacri salutaris instar obtinere videt̄. In cuius
q̄dem consideratione huius aque figura fuit aqua illa quā in ve
teri testamento cinere vitule ruffe admixta populus expiatiōis
⁊ purgationis gr̄a iubeatur aspergi: vt dicitur Numeri. xix.

¶ Quintus effectus est preparatio siue dispositio ad orōnis pu
ritatem: cum enim ex superioribus patet aqua benedicta talem
diuine virtutis induit effectū vt pellat ⁊ profuget demones ec̄
potestatem reprimendo: qui teste ysaac abbate in collationibus
patrum orantibus nobis maxime insidiat: patet clarissime plu
rimū conferre vtilitatis huius aque benedictae asperionem oran
tibus. Ceterū idem colligit̄ ex aliis eiusdem aque assignatis effe
ctibus ii. iiii. ⁊. iiii. q̄ vero accommodata sint orōni purificatio men
tis ⁊ fantasmat̄ illusionibus ⁊ cordis ab exterioribus ad inte
riora reuocatio ⁊ ipsa peccatorū venialium remissio facile quisq̄
nouit. Quā ob rem cōmuniter xp̄iane religionis deuotio habet
ante orationem in ingressu in ecclesie asperiozium aque benedi
cte vt diuina sibi collata virtute propulsatis fantasmarū vmbra
tilibus frangentis animus ab omni discursu ⁊ lubrica vagatio
ne quietus habilior fiat ad volatus celestes in cuius figurā ve
teri testamento imundus templum non ingredi diebat: nisi aque
expiatiōis aspersus Mathei. xix. Unde Hugo de sancto Victo
re vbi supra: Nos idq̄ per singulos dies dñicos simul aquam ⁊
sal simul miscēdo benedicimus: vt in hac asperione fideles ⁊ ha
bitacula fidelium contra sp̄iales nequitias muniamus.

¶ Sextus effectus est vtilitas ad pagēdū deuotiōis in ecclia ministē
ria diuina ⁊ ad suscipiendū ipsa sacramta. hec vtilitas ex p̄dictis
et colligit̄. de qua dicit. s. Tho. in. iiii. di. ii. Aqua bñdicta valet
contra omne quod sacramentorū effectū impedire potest. hec ille

Hac ratione arbitror asperſionem aque benedictæ necdum hominum ſed etiam altarium in eccleſia eſſe practicã: nam altaria vt dicit Guil. in ronal diuinorũ officiorũ aqua aſperguntur propter reuerentiã ſacramenti quod ibi conſecrandũ eſt: vt inde ois malignorũ ſpirituum arceatur præſentia. Nec ille.

¶ Septimus effectus eſt ſterilitatis ablatio ſiue remotio in humanis rebus: et ita promotio ſecunditatis ſiue prolis habende ſicut recolende memoriæ magiſter Vincentius in ſuis ſermonibus exemplificabat: ſiue aliarũ rerum. De quo effecto in prænotato Alexandri primi decreto ita dicitur. Et ſi ſale aſperſo per Eliſũ ſterilitas aque ſacra ſit: quanto magis diuinis precibus ſacra tus ſterilitatem aufert rerum humanarum. Nec ille.

¶ Octauus effectus eſt virtus vbertatis et rerum temporalium veluti frugũ et ſimiliũ multiplicatiõem. Iſte effectus dependet ex precedenti ſicut effectus ex cauſa: quoniam ſecunditatem vbertas ſequitur. De quo effecto in prælibato decreto dicitur: Coinquinatos ſanctificat et purgat et cetera bona multiplicat. Nec ille.

¶ Nonus effectus ſiue fructus eſt munimen ſalutare contra egritudines. valere enim creditur ad ſalutem corporis et anime fidelium. Unde in ſacramentali tali precum forma diuine pietatis maſtatem in huius aque benedictiõis ſancta eccleſia exorat dicẽs: Immenſam clementiã tuam omnipotens deus humiliter implorans in hanc creaturam ſalis quam in uſum humanum tribuiſti benedicere et ſanctificare tua pietate digneris: vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis et corporis: vt quicquid ex eo tactum vel reſperſum fuerit careat omni imunditia omniq; impugnatione ſpiritualis nequitie. Nec ille.

¶ Decimus effectus eſt pfugatio peſtilentis ſiue corrupetis aure incolumitati inuidete humano. Pro cuius effectus impetratiõis ita eccleſiã ſanctã in ſacramentali huius aque benedictiõis omnipotentẽ deum legimus exorari: Deus qui ad ſalutem humani generis maximãq; ſacramenta in aquarũ ſubſtãtia cõdididiſti: ad eſto propitius inuocationibus noſtris et elemẽto huic multimodis pur

rificationibus preparatio vstreute tue benedictionis infunde ve-
creatura tua mysteriis tuis seruiens ad abiiciendos demones
morboſq; pellēdos diuine gratie ſumat effectū: vt quicqd in do-
mib; vel in locis fidelīū hīc vnda reſperſerit careat omni imun-
ditia: liberet a noxa: nō illic reſideat ſpūs peſtilens: nō aura cor-
rumpens: deſcēdant oēs inlidie latentis inimici: q; ſi quid eſt qd
aut columitati habitantiū inuidet: aut quieti aſperſione huius
aque effugiat: vt ſalubritas per tui noīs inuocatōnem expedita
ſit ab omnibus impugnationib; deſenſa. Nec ibi. Nō eſt aut cre-
dendum haec vniuerſalis eccleſie ſponſe cariffime Jeſu xpī pre-
ces xpī noīe conſecratas vanas eſſe. Aut apud eiūſdē eccleſie ſpō-
ſum Jeſum xpī exauditōnis gratia carere: qui ad petendū ipſas
eccleſiam inuitat dicēs: Petite ⁊ accipietis. Jo. xvi. ⁊ Jo. xix. cer-
tificat eam exaudiendā cum ait: Quodcunq; petieritis in noīe
meo hoc faciam. Preterea eſt diligenter conſiderandū q; predi-
ctis nō obſtat ſi allqñ in aſperſione aque benedictę hmōi effect⁹
vniuerſaliter nō conſequantur: hoc enim nō eſt ex defectu aque
benedictę: q; quantū eſt in ſe inſtituta eſt ad hmōi effectus ope-
randum: ſed prouenit aliunde: vtputa ex parte ſuſcipientis: vel
aliqua cauſa diuine ſapientie cognita.

¶ Cap. vi. declarans genus causalitatis ſiue efficientie
quo aqua benedicta preaſſignatos operetur effectus.

¶ Solet quidē eſſe dubitatio apud nōnullos de modo quo aqua
benedicta efficere dicat prelibatos effectus: an videlicet ex ope-
re operato: vel ex opere operante. Ad quam dubitationē duplex
datur modus dicendi ab auctoribus: quē Petrus de Palude in
liii. di. vi. circa materiam exorcismoꝝ proſequitur. Primus eſt q
aqua benedicta operatur ſupradicta nō ex opere operato: ſed ex
opere operante: ſcilicet fide eccleſie per modum meriti ofonis ⁊
ſuffragii. Opere dico operante totius eccleſie ⁊ nō ex ſolo ſeruo-
re ⁊ deuotione vtentium vt dicit Petrus de palude in. liii. Non
eſt parui pendenda fides totius eccleſie meritū eius ⁊ preces ei⁹:
ſic nec iſta ſacramentalia per eccleſiam inſtituta. Unde quanto

plus valent fides. meritū r oratio totius ecclie q̄ vnus persone
tanto p̄cellunt iste generales ceremonie toti? ecclie q̄ nō sine
Inspiratiōe dei inuēte sunt singularib? deuotionibus singuloꝝ.
Qua ex re apte colligit̄ q̄sta erroris caligine inuoluant̄ hereti-
ci q̄ pprias adinuentiōes p̄ferūt sc̄tē matris ecclie institutis.

¶ Ali? modus dicendi est q̄ ex ope opato. iste modus subdividit̄
tur. q̄dā enim dicunt q̄ ex opere opato nō q̄ aliqua virtute na-
turali: sed supnaturali r inexistente subiectiue. sed ex virtute. di-
uina ex decreto siue pacto diuine misericordie assistēte aqua bñ-
dicta tales effect? efficiet. Et si querit̄ ab istis vbi sacra scriptu-
ra reperit̄ q̄ tales pepigerit deus cū ecclesia aut p̄stituerit decre-
tum. R̄ndent q̄ ibi vbi dñs inqt̄ apostolis Luce. x. Qui vos au-
dit me audit: r dedi vobis pt̄atem calcandi super oēm r̄tutem
inimici. hanc ecclie sue dedit pt̄atem vt qñ diceret illud. quod
per eum ad hoc est institutū deus faciet illud: vtputa arceat po-
testatem demonis vel hmōi. Alii vero dicunt q̄ virtute supnatu-
rali diuina insistente hoc efficiat aqua benedicta: lz hec virtus
nō sit tanta in sacramentis que sit sufficiens dispositio
ad gratiam. Quantū vero ad effectum qui est deletio peccatorū
venialium est sententiā Alberti magni r sancti Tho. r alioꝝ do-
ctoꝝ multoꝝ q̄ operatur per modum meritū in quantum excitat
motum voluntatis per quem fit remissio peccatoꝝ.

¶ Secundus aut̄ modus dicendi videt̄ esse Durandi in. iiii. Ter-
rum quia cum pace r oīum sub breuitate presentem proposui ter-
minare tractatūlū pretermis̄sa ampliori hōrum modoꝝ dicendi
probabilitatis comparatione cū vterq; sit satis probabilis r ha-
beat magne auct̄is viros legētes arbitrio inter illos dicēdi mōs
electionem cōmitto: qa quocunq; illoꝝ lecto p̄missa in sue ve-
ritatis robore permanēs solidata. Quib? oibus hoc adiciendū
est vt inquit sanctus Tho. in. iiii. di. xii. q̄ cū apponit̄ aqua nō
benedicta ad benedictā totū efficit̄ benedictū. virtus enī acqui-
sita aque ex benedictōne puenit ad aquā additā maius enim di-
gnū a trahit ad se minus dignū. Veruntū Dugo super. iiii. di. x.

dis. 16. q. 2. q.

dicit sic: q̄ benedictio aque sic fuit instituta vt aqua si ad datur
in debita quantitate aque benedicte tota sit benedicta.

¶ Cap. vii. in quo assignata differentia sacramentalis
a sacramentis ostendit q̄ aque benedicte aspersio non
est sacramentum sed sacramentale.

¶ Qm̄ sup̄ficiētius consideranti sacramenti diffinitōem quā
magr̄ sen. in. iiii. di. i. ponit sacramentū diffiniens sic loquit̄. Sa
cramentū est sacre rei signū. Fortasse si videri poterit premissis
consideratis sacramenti diffinitōem aque b̄dicte cōpetere: pre
sertim cum ad sacramentū noue legis nil aliud exigi videat̄ nisi
q̄ significet ⁊ efficiat dicēte Aug. in lib. de doctrina xp̄iana: Sa
cramentū est inuisibilis gratia visibilis forma. Itaq̄ vt exponit
magr̄: vt similitudinē gerat ⁊ causa existat. Que oīa aque b̄ndi
cte puenire quis posset arguere intuens eā h̄i in ecclia in signū
rei sacre: ⁊ vt p̄libata oñdunt multiplicis sit efficacie. ideo cōuen
niēs iudicauī vt noster tractatulus p̄ oīa in pturbato sine clau
ditur: assignatur d̄ria sacramentalium a sacramentis ostendere
q̄ nō obstantib⁹ añdictis aque benedicta nō sit sacramentū. No
tandū ergo q̄ d̄ria sac̄ralium ex sacramētis ex quadruplici respe
ctu pōt accipi: put ex variis doctoris sanc. locis colligere valui.

¶ Primo ex parte institutionis: qm̄ sacramenta ipsa a xp̄o Jesu
sunt imediate instituta: que cum sint legis fundamentū nō nisi
a legislatore a quo lex robur accepit ⁊ viuitem institui p̄nt: vt
in. iiii. parte sanctus Tho. deducit. Sacramentalia ab ecclia se
pe siue per summos Pont. siue per sacra generalia concilia sunt
instituta. vt supra. iiii. c. diffuso sermone extitit declaratum.

¶ Secdo d̄ria sumit̄ ex pte significatōis. Pro quo notandū q̄ cū
sac̄m fm̄ proprietatē vocabuli videat̄ importare sac̄ritatē acti
ue vt dicat̄ sac̄m a sac̄rando siue a quo aliqs sac̄at̄ nō q̄libet
signū sacre rei actiue. i. sac̄antis ⁊ fetificantis sumēs sac̄m. Ex
qb⁹ colligit̄ duo esse nec̄aria ad hoc q̄ aliqua signa dicant̄ pro
prie sac̄a. Primū q̄ significet rem sac̄ā que perfectionē sancti
tatis humane importat: rōne cuius dispositionem ad sanctita

tem significant et non ipsam sanctitatē nō dicuntur sacramentū
sed sacramentalia dici possunt. Unde sanctus **L**bo. in. iii. parte
q. lx. arti. ii. dicit q̄ quia res denoiatur a fine et complemento. di
spositio aut nō est finis sed ipsa perfectio: et ideo q̄ significant di
spositionem ad sanctitatē nō dicuntur sacramenta: sed solum
illa que significant perfectionem sanctitatis humane. Prima sa
cramentalia sunt: vt aqua benedicta et bñdī. Dec ille.

Secundum necessarium ad rōnem sacramenti perfectā est q̄
signum aliquo modo sit causa sacre rei significate. et hac rōne
sacramenta veteris legis nō debent proprie dici sacramenta sed
signa. Vel s̄m quid sacramenta: quia nō efficiunt quod figurāt
vt dicit magister in. iiii. s̄n̄ay. i. di.

Tertia assignatur differentia sacramentaliū a sacramētis ex
parte effectuum. q. i. vt dicit sctūs **L**bo. in. iiii. sen. di. vi. Sacra
menta noue legis habent effectū in conferendo gratiā qua per
fecte morbo subueniūt: contra quē effectum sacramentū ordina
tum est: sed sacramentalia habent effectum in remouendo p̄tra
rias dispositiōes vel impedimēta grē. Dec ille. Ecce clara d̄tia.
Vñ idē doctor de aqua benedicta ad materiā p̄positā ita loqui
tur i. iiii. di. ii. Aqua bñdī nō ordinat̄ directe ad remediū p̄
standū sed ad remouendū p̄hibens. Unde dat̄ p̄tra demonū ne
gicias et venialia rōe q̄ sacroꝝ effectū impedire p̄t. et p̄pter hoc
nō est sac̄m: quia remouens prohibens agens per accidens: sed
est sacramentalis quēdam dispositio ad sacramenta. Dec ille.

Quarta differentia potest assignari s̄m superius dicta in. vi.
c. ex parte modi operationis siue efficientis: quia sacramēta no
ue legis ex opere operato suos operantur effectus: sacramenta
lia hō s̄m op̄inonem cōiozem ex opere operāte. Et ita patet cla
rissime differentia sacramentoꝝ a sacramentalibus: quibus ap
plicatis ad nostrum propositū euidenter colligit̄ q̄ aqua bene
dicta sit sacramentalis et nō sacramentum: quod erat in hoc vl
timo capitulo declarandū. et si ab aliquo doctore vocetur sacra
mentum: sicut ab Hugone de sancto Victore li. de sacramētis: q.

loquendo de aqua benedicta dicit: *Hec est autē sanctificatio hu-
ius sacramenti q̄ aqua penitentiam significat* 7c. ibi sacramen-
tum capit largissime pro eo quod est signum rei qualitercunq̄
sacre 7 nō sacramentū proprie prout ad presens est intētio 7 hic
p̄ntis opusculi de aqua benedicta sine constituto cum spe diuī-
ni auxilii dirigendus est sermo ad materiam quesiti.

¶ Cap. viii. in quo respondetur dubio proposito sub
quo absoluet̄ secundus articulus.

¶ Post q̄ visum est de virtute aque b̄ndicte que per p̄pothesim
propositi nostri problematis dabatur intelligi: nūc ad materiā
quesiti nostra procedat consideratio. Cum aut̄ querit̄ an aqua
benedicta sit maioris virtutis q̄ elementale sacramentum alta-
ris: intelligendo per elementale siue sensibile sacramentū alta-
ris species ipsas sensibiles fm̄ distinctionem 7 separationem: eo
modo quo doctores theologi eas distincte cōnumerant contra-
rem contentam 7 signatam dicentes tria esse in sacramento eu-
charistie: scz id quod est sacramentum tm̄: videlicet specis panis
7 vini. 7 id quod est sacramentum 7 res: scz corpus xp̄i verum. et
id quod est res tm̄: videlicet ipsa vnitas corporis mystici. Pono
primo vnā talem p̄positionē tanq̄ fundamentū r̄n̄sionis 7 ve-
ritatis que est ista: q̄ species predictae sacramentales fm̄ se: hoc
est circumscripto corpore xp̄o vero: nullam habeat virtutem spi-
ritualem nec efficaciam causalitatis cuiuscunq̄ effectus in ani-
mo suscipientis sacramentum. Cuius p̄positionis veritas ex
multis doctoz̄ auct̄ibus sententiis 7 rationibus colligitur. Pri-
mo quidem ex illo magistri sententiay in iiii. di. viii. c. vlt. ita di-
centis: *Aunc quid ibi sacramentū sit 7 quid res videamus. Sa-
cramētum est inuisibilis gratie visibilis forma. Forma ergo pa-
nis vel vini que ibi videtur sacramentū: id est signū sacre rei est.*
7 consequenter quasi in medio capituli concludit sic: *Sunt igit̄
hic tria distinguenda. Unum quod est tm̄ sacramentū. Alterū
quod est sac̄m 7 res. Tertium quod est res 7 nō sacramentum.*
Hec is. Ecce q̄ dicit magister sen. cuius etiam sn̄ie. q. iii. eisdem

verbis est Hugo de sancto Victore lib. de sacramentis: q̄ sp̄i-
tus t̄m̄ sunt sacramentum: id est signum sacre rei: sed quod est si-
gnum tantum sacre rei s̄m̄ se: aut in se nullam habet virtutem
ergo videtur q̄ species ille sc̄dm̄ se nullā spiritalē habent effi-
caciā xp̄i corpore vero circumscripto. Item idem ponit Alber-
tus magnus in tractatu de officio missę: vbi posita illa distincti-
one trium existentium in hoc sacramento dicit q̄ species ille si-
gnificant et non causant aliquid. ¶ Tunc arguitur sic: Spe-
cies ille significat nihil causant: ergo nullam habent virtutem.
Consequentiā est manifesta: quia alis frustra esset virtus illa col-
lata speciebus: quia enim ois potentia et ois virtus actiua dicit̄
ad aliquem actū ordinari: frustra dicit̄ aliqua virtus vel poten-
tia que nō reducit ad aliquem actū. Item idem Albertus in. iiii.
sen. di. viii. arguit contra illud dictū magistri sententię supra-
positum: videlicet q̄ species panis et vini dicant̄ sacramentū ita:
dicens: Omne sacramentū efficit quod figurat. Sed id quod est
sacramentū t̄m̄ eucharistia non efficit quod figurat. Ergo vide-
tur q̄ illud quod est signum vel sacramentum t̄m̄ vt in littera dī-
citur non est sacramentum nouę legis ad minus. Et respondēs
idem Albertus ita dicit: q̄ species panis et vini dicuntur sacra-
mentum in ratione signi t̄m̄. Et cum dicebatur in argumento q̄
species nihil efficit: concedit dicens: q̄ non oportet at q̄ species
materialis sit effectiua: sed significatiua. Nec ille. Item ad idem
est sanctus Tho. in. iiii. di. viii. arti. i. ita dicens: Sicut ad speies
aliorum sacramentorum se habet virtusq̄ interius inest que san-
ctificationem acquirit ex qua sacramentum efficit sc̄dm̄ hugo-
nem: ita in hoc sacramento se habet ipsum corpus xp̄i quod per
consecrationem sub speciebus illis est. Unde sicut in aliis sacra-
mentis materiale elemētum nō est causa virtutis qua in xp̄o est
nec alicuius spiritalis effectus in homine mediāte virtute: sed
q̄ ex elemento et virtute quasi vnum efficitur: ita et in hoc sacra-
mento species non sunt causa corporis xp̄i nec alicuius effectus
in anima spiritalis nisi mediante corporis xp̄i vero sc̄dm̄ q̄ ex

Speciebus ⁊ corpore xpi fit vnum sacramentū. Hoc ille. Itē idem
sanctus Thomas in.iii. parte. q. lxxiii. arti. i. in solutione secū/
di ar. eiusdem sententię est sub tali verborū forma loquēs: Sicut
se habet virtus spiritus sancti ad aquā baptismi: ita se habet cor/
pus xpi ad species panis ⁊ vini. nō efficiunt aliquid. ideo virtut/
te corporis xpi veri. Hoc ibi. Ex quo manifeste apparet ex horuz
dictis ductoz q̄ ipse species sacramentales xpi corpore circum/
scripto nullam penitus habent virtutem seu efficaciam ad ope/
randum effectum quemcunq; spiritualement in anima. Ista est etiā
sententia omnium doctoz theologoz quos viderim dicens
tium in hac parte species sacramentales nihil per se causant in
anima: sed ratione significati ⁊ contenti: scz corporis xpi veri.
Ad idem potest argui: Frustra penitur in sacramēto virtus par/
ticularis: nisi presentialiter est fontana virtutis a qua dependēt
cōs alię virtutes sacramentales. patet de se. Sed in hoc sacramē/
to est fontana virtus scz xps Iesus. Ergo preter ipm xpm cōten/
tum sub illis speciebus nō est dicenda aliqua virtus particularis
illa enim esset superflua. imo p̄nere talem virtutem in speciebus
illis preter ipsam fontanā virtutem p̄ntialiter exītem est dicere
xpm sub illis sp̄ibus p̄tentum nō sufficere ad efficaciam sacramē/
ti plenā: quod esset nedū mirum: sed etiā perfidū. in aliis autē sa/
cramentis vbi nō est hoc mō p̄ns id quod per essentiā est fonta/
na virtus sunt necessarie quedā participate pticulares virtutes
vt rōnem habeant salutaris medicine sp̄ialis: hoc etiā petit cul/
tus xpiane religionis. vt enim tota spes hoīm ⁊ mentis deuotio
referat̄ ad rem contentā scz dñm Iesum xpm ⁊ nō ad sp̄es ipsas
decurrit vt preter ipm corpus xpi verū nulla alia virtus creata spi/
ritualis inesset ipsis sp̄ibus. Quo iam sufficienter probato patz
problematis solutio q̄ ī aqua b̄dicta mō quo supradictū est sit
aliqua virtus: sit aliqua efficacia ad effectus. s̄. notatos. ⁊ q̄ in spe/
ciebus sacralibus scdm se p̄sideratis circumscripto corpore xpi vero
nulla sit virtus: nulla efficacia ad aliquē effectū causandū in ipsa
aīa: patet ex dictis. Ex quo patz correlarie q̄ ex ope opato siue

ex parte ipsius sacramenti nō est maior virtus huius sacramēti
sacratissimi altaris siue efficacie sub duab⁹ specieb⁹ q̄ sub vna
specie: cum illa res ⁊ radix totius efficacie huius sacramenti nō
sit maior nō plenior: nō perfectior sub duabus speciebus q̄ sub
vna. Patet q̄ eadem erit efficaciam ex parte sacramenti in cōicati
onibus idem sub vna specie siue duabus. ex parte dico sacramēti
quia ex parte cōicantium potest quandoq; aliud contingere.

¶ Nec sunt Reuerendissime pater ⁊ dñe que ego vester humiliss
capellanus magister Johannes de Turrecremata ad problema
per magistrum Petrum Anglicum propositum. U. D. iussu cele
riter annotavi: que. U. R. P. lunc ⁊ correptioni cum omni reue
rentia presentato finis. ꝛc.

Laus deo: •